

Oratio academica : de vesica urinali ex vicinia morbosa aegrotante / Ioannis Petri Frank.

Contributors

Frank, Johann Peter, 1745-1821.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

[Place of publication not identified] : [publisher not identified],, 1786.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/jdhngfen>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

9.

IOANNIS PETRI FRANK

MED. CLINIC. PROF. P. O. &c.


ORATIO ACADEMICA

D E

VESICA URINALI EX VICINIA MORBOSA
AEGROTANTE .

Die XXIX. Aprilis MDCCLXXXVI.

recitata .



Digitized by the Internet Archive
in 2016

<https://archive.org/details/b2248193x>

ORATIO ACADEMICA

*De Vesica urinali ob viciniam morbosam
aegrotante .*

Quemadmodum in quavis Societate degentibus, magna vitae in eo posita est felicitas, **PATRES Sapiientissimi**, & **AUDI-TORES Honoratissimi**, ut probo quivis atque pacifico vicino gaudeat, amicoque eiusdem utatur consortio: talis certe & singulorum homini concessorum viscerum conditio mihi videtur, quae, si in aliorum posita sint vicinia, quorum substantia ignem semel suscipit; eodem facile, & inopinanter incendio deflagrant.

Dignam hinc semper experto Medico credidi Materiam, *morbosum, qui ex vicinia morbosa oriuntur*, perscrutationem, neque pars haec Medicinae, attentione nostra certe dignissima, mihi satis adhucdum videtur exculta. At vero cum, ob plurimos alios labores, mihi & in hos descendere, data non sit potentia: aliquot saltem *de vesica urinali ob*

viciniam morbosam aegrotante fragmenta, hac occasione collaturus sum, qua Viris iuvenibus Lauream Medicinalem imponendi pergratum — eoque gratius certe officium in me, pro prima vice, nunc hoc in loco suscipio: quod uterque ex illis, eiusdem Patriae fontes medicinales hauserit, quibus & ego quondam enutritus sum; quodque in hac ipsa nostra Academia, *Germanis* quoque, ob Vos ipsos, PATRES Sapiientissimi, quos nunc alloquor, celebratissima, se tales ambo praestiterint, ut mihi, dum in *Italia* scientiae suae specimen publicum illis edendum esset, non certe fuerit coram aequifimis iudicibus erubescendum.

Sed nova gaudii honorisque in me redundat ratio Auditores! ipse enim ego, quem ante paucos annos REX MAGNAE BRITANNIAE POTENTISSIMUS, *Georgiam Augustam*, pro docenda ibidem praxi medica, vocari clementissime dignatus erat, ut primus essem, qui, *Catholicae* fidei addictus, Cathedram in hac magni nominis Academia, ascenderem, & Tolerantiae, & Aequitatis Regiae testem agerem publicum, — nunc demum & SUMMI IMPERATORIS gratia, me in hanc honorificam Sedem collocatum, atque de novo, *Tolerantiae* etiam *Imperatoriae* instrumentum fieri video, qua Virum iuvenem,

Protestantium religioni adstrictum, fraterno animo amplectar, Doctorum Universitatis nostrae Regiae Albo inscribam, & sic partem honoris *Georgiae* meae dilectae publice reddam, quem publice in me tam benigne contulerat. Hi fructus sunt, PATRES *Sapientissimi*, divinae illius *Tolerantiae*, cuius *Pater* est, *Quem* nos tot aliis adhuc titulis *Patrem* vocamus, & in quo gloriamur omnes, IOSEPHUS II. IMPERATOR AUGUSTUS. Sub *huius* Regno, iam ante complures annos (a), in hoc ipso Archigymnasio, non obstante Religione aliena, Laurea Medica solemniter ornatus est *Ferdinandus Quere ex Cassonay, Bernensis*; atque ante quinque hos annos, hanc ipsam Cathedram conscendit celeberrimus TISSOT, Praedecessor meus, *Protestanti* quoque *Ecclesiae* adscriptus: ita ut, quod priora vix credidissent saecula, ipsa, sub tali IMPERATORE, prima tolerantiae Exempla, convulso interim, & frendente in tenebris fanaticismo, dederit *Italia*.

Sed quo non mea me gratitudinis, ob tanta in genus humanum beneficia, sensatio abripit! — ad ea pergam, quae vobis de

(a) Die 16. Martii 1775.

Vesicae morbo ex vicinia morbosa oriundo, promiseram, eaque brevi sermone nunc absolvam.

Viscera in pelvi humana sita, feminae tria sunt, viro, ut aiunt, non nisi duo: vesica urinialis & intestinum rectum, inter quae, medium gerit mulier uterum, generis humani commune domicilium: cuius tamen vices in viris, non certe minores, agunt vesiculae duae, spermatis prolifico tum suscipiendo, tum fovendo, a natura providissime adaptatae. Tam vasis & membranis, quam fibris muscularibus, arctissime inter se cohaerent haec organa; neque sane mirum videbitur, si, aegrotante uno, & alia mox in consensum rapiantur homini insensissimum. Maiora omnino mulierem hic expectant pericula: cum uterus, praecipue gravidus, cum partus tot aliae sequelae, tum vesicam cum urethra, tum intestinum rectum, non raro gravi morbo, licet secundario, afficere soleant. Sed & virorum fors his incommodis vacua certe non est, atque haec ulterius docebunt tria, quae nunc afferam, exempla: a quorum commemoratione utilitatem in meliori horum affectuum cognitione aliquam futuram esse confido.

Pharmacopola Bruchsalienfis, 50. circiter annorum [N. Eichhaendler), a longo iam

tempore haemorrhoidum fluxu vexatus, atque, hoc ipso minus recte succedente, magnis saepe cruciatibus ad rectum intestinum obnoxius, quos, immanes licet, patienti animo perferre solebat, post longa huius naturae incommoda, alvum sibi liquidiorum fieri urinamque penitus suppressi, persenserat. Atque haec quoque symptomata vir morosus & in se ipsum perdurus, silens pertulerat: donec lecto continuo affixus, viribus exhaustus, habitumque summe cacheticum praesens, sero nimis opem a me efflagitare cogitaverit [1780.] febris aderat hectica, abdomen tumidum, pedes turgabant, & nolenti effluebat per alvum faecies & humor urinam redolens, cum interim saepe per quindecim dies & ultra, nec guttula urinae per urethram redderetur. Non raro vero per ipsam virgam flatu foetidissimi aliquo cum impetu erumpebant: per aliquot iterum dies sequebatur urina magni foetoris, perpauca, turbida; mox de novo suppressabatur per longum temporis intervallum, atque alvi repetito viam relegat lotium, quod, pure remixtum, intolerabili foetore atmosphaeram replebat, ut nullus fere aegrotanti adstare amplius potuerit.

Sedem mali altiori intestini loco positam fuisse, vel ex eo clarum est, quod, adcu-

ratiſ inquirerenti per digitum Chirurgo , mali veſtigium nunquam pateret . Morbum hinc lethalem facile praevidens , optavi ſaltem , ut , poſt mortem certam , paulo accuratius in cauſas inquirere liceret ; aſt , dum , quo tempore ad Sereniſſimam Principem *Bado-Badenſem* , cuius tunc quoque Archiatri vicibus fungebam , vocatus eſſem , deceſſerit Aeger : cum eodem ſpes utiliſſimae ſectiſionis ſepulta eſt .

Mox vero alius non adeo aſſimilis caſus ſeſe mihi obtulit in Viro Muſices Magiſtro [D. Freibott] *Bruchſalienſi* , habitus valde ſcrophuloſi & pinguis , aetatis 64. circiter annorum . Aegroto quidem Medicus ego vix adſtiteram ; ſed urinam parciffimam , valdopere foetidam emiſſam , dein penitus ſuppreſſam fuiſſe ex alio intellexi : unde , praetumido ventre , ſub ſummis doloribus extinctus eſt . Sectionem Cadaveris cum Chirurgiae Profefſore , Doctore *Wrabetz* inſtitui , illaque mox obtulit inſignes Meſenterii inſarctus & carcinomaticos tumores , qui cum *Veficae* fundo concreverant , eandemque ichore plane corroſivo & inſigniter foetido adeo iam exerant , ut largo oſtio patens veſica urinaria , in ipſum pelvis cavum effuderit lotium , quod , cum Ichoris Carcinomatici magna copia commixtum , tam intolerabilem ſub ſe-

tionem foetorem sparserat , ut sine animi instante deliquio , accuratiorem sectionem continuare non licuerit .

Licuit vero talem , anno elapso , in ipsa huius Archigymnasii *Schola Clinica* , coram Auditoribus meis , instituire ; cuius historiam morbumque praegressum hic paucis enarrabo . Medicum assistentem constitueram D. Doctorem Aloysium *Bulliani* , atque ex huius , mihi , uti lex apud nos est , exhibito diario depromptam hic symptomatum recensionem communicabo .

Sacerdos Venetus , *Victorius Delulmo* , septuaginta trium annorum , post iter susceptum , inassueta debilitate se correptum persensit & appetitu incessit prostrato . Successit respirandi difficultas , dolor ad hypochondrium dextrum , usque ad regionem umbilicalem huius lateris descendens . Hypochondrium quoque sinistrum , tumorem manibus offerebat : quibus symptomatis per binos menses vexatus , Scholam Clinicam petiit , cui tunc praerant celeberrimus Collega , illustris Professor **CARMINATI** , atque inventus fuit , tum hepatis , tum lienis , tum ipsius quoque mesenterii tumore , ad infimam regionis hypogastricae sedem descendente , laborare . Ab his malis , ope *saponis acidi* , a parva primum

dosi, adusque tres dragmas in die, per binos & ultra menses, assumpti, curatus recessit.

Domum reversus, putrida febre gravissima, dein vero dysenteriae symptomatis correptus fuit, qua licet curata, remansit tamen diarrhoea, contra quam varia remedia ex classe adstringentium ab amicis porrecta sunt: ita ut diarrhoea supprimeretur quidem per aliquos saltem dies; mox vero iterum vi majori erumperet alvi fluxus: ob quem de novo, pluriesque Nosocomium adivit variamque, sed insufficientem malo incurabili methodum est expertus.

Novum vero nunc exoriebatur symptoma. Decedebant iamiam per urethram, dum mingeret aegrotus, materiae crassae subcinerei coloris, foetidissimae, quin tamen abhinc dolor ullus produceretur aut pruritus. Die igitur 31. mensis Maii 1785., sese ad *Clinicam* nostram contulit, & sequentia nobis exhibuit symptomata.

Pulsus erat mollis, debilis, paulisper frequens; respiratio expedita, lingua pallefcens, mucos obducta, foetebat halitus, vox erat debilis, cutis ficca, abdomen molle, frequentesque deiectiones foetentes largiebatur, quae fluidae erant griseoque tinctae colore. Urina pauca excernebatur, sed multa materia grisei

coloris , foecibus descriptis perfimili , eodem praedita foetore , referta .

Non dubitavi , mox diarrhoeam hucusque perpeffam , pro *diarrhoea urinali* declarare , atque Auditoribus meis praedicere , ulcus insanabile ex intestino recto cum vesica urinali communicaturum . Dabantur interim quaedam remedia leniter evacuantia .

Die prima Iunii , pulsus erat elevatior , vix febrilis , lingua purior ; foeces , sat copiosae , flavescabant ; urina foecibus lotio dilutis perfimilis .

Die secunda Iunii omnia eadem .

Die tertia . — Huc usque aegroto urina suppressa invenitur , sine ulla tamen ad pubem tensione animadversa . Dabatur tinctura corticis peruviani cum anima rhabarbari .

Die quarta . — Neque in hunc usque diem minxit aegrotus .

Die quinta . — Epota sic dicta limonada , aegrotus urinas denuo excrevit per urethram . Tunc Enema ex cortice peruviano a me praescribatur , spe freto , hoc ipsum urinae vias ex parte lecturum esse . Sed fefellit experimentum , & urinae die sequenti prioribus correspondebant . Hinc iussi , ut butyrum in infuso chamomillae calido , diligenti conquassatione , solutum , ad aliquot uncias , intestino recto inii-

ceretur : credens , hoc ipsum , si vesicam intraret , facilius posse in urinis distingui .

Ast vero die octava nullum butyri vel pinguedinis in urinis signum adparuit , neque , cum experimentum repeteretur , expectationi magis respondere vidimus . Hinc aquam coccineo colore praeditam , per ipsam urethram , vesicae iniici curans , expectavi , ut , si perforata esset , uti asserueram , vesica ; ex hac , colorata per alvum deplueret urina . Ast vero magna ex parte per ipsam urethram effluxit aqua coccinea .

Hac ipsa denique nocte haemorrhagiam ex intestino recto perpeffus est aegrotus , magnamque sanguinis nigri , congruati copiam deperdidit . Abhinc debilissimus , pulsum exhibuit intermittentem , lentum , accessit denovo levis ad vesperam febricula , quin tamen respiratio redderetur difficilior : quidquod aegrotus se multo melius habere profiteretur . Dabantur remedia ex corticis peruviani extracto ; ast vero sub noctem decimae diei , novâ per alvum suborta haemorrhagia , summo languore prehensus , vitam cum morte citissime permutavit .

Sectio Cadaveris in Commilitonum praesentia a me fuit instituta . Abdomen valde contractum & depletum erat . Apertis illius

integumentis , visa sunt , omentum adipe fere omni destitutum , intestina crassa ex livido virescentia & aere multo extensa . Mesenterium atque hepar nullum nobis exhibuerunt tumorem praeternaturalem . Ast vero adeps copiosus , flavus , inter ambas mesenterii laminas haerebat aequaliter dispersus . Intestinum *Ileon* in pelvis cavum , a sinistris , profunde descendebat & ex hoc demum , a dextris , ad coecum intestinum adscendebat . Intestinum *Colon* , postquam ad flexurae suae , quam *Sigmoidaeam* dicunt , & ad recti confinias pervenisset , invenimus subito in angustiam contractum , laminisque a peritoneo natis constrictum , & quasi incarceratum . Mox continua erat a dextris & a parte posteriori , eiusdem intestini dilatatio , & haec in saccum quemdam abiit , pugni virilis fere magnitudinem habentem , subrotundum . Specillum ano immisum , facile ad hunc saccum perveniebat .

Dissectis laminis illis a peritoneo praeternaturaliter natis & colon constringentibus , hoc , in parte contracta , mox magis potuerat dilatari .

Dissecta , in longum , vesica urinali , mox constitit , hanc , *foramine* pollicem lato , in circumferentia calloso , cum sacco illo intestini recti , aut potius adhuc , coli ipsius ,

communicare, hoc scilicet cum posteriori vesicae urinalis pariete arctissime connato, & ope dicti foraminis cum ipsa vesica correspondente. Foculenta interim & subcruenta materies, liquida, foetidissima, in cavo vesicae inveniebatur.

Ex utroque vero, & posteriori vesicae latere, ureteres ascendebant, volumine suo naturali, ad minimum triplo maiores, lotio impleti pellucido, atque in morem intestini tenuis extensi. Sic ad renes ipsos dilatati ascendebant. Ren sinister extensus, non nisi pelvim fere renalem valde extensam referebat, substantia eius vasculari multum ubique extenuata. In dextro rene haec paulo minus obtinebant; ren autem succenturiatus, praemagnus observabatur. Suppurationis in renibus vestigia nulla.

Atque haec erant quae in hoc cadavere invenimus memoratu certe dignissima. Quodsi aliqua super his adnotandi, momentum aliquod mihi concedatis PATRES Sapiientissimi, gratus eodem sum fruiturus.

Tum primus, tum secundus ex aegrotis, quorum historias allegavi, laborabat *diarrhoea urinali* ex lotio, de vesica perforata, in rectum intestinum saepissime depluente, illudque clysteris acrioris in mo-

dum , ad frequentissimas excretiones stimu-
lante . Neque , si Auctores Medicinae pra-
cticae pervolvamus , defunt aliqua , quamvis
sat rara sint , horrendi huius mali exempla .

„ Secto , inquit SCHENKIUS , cadavere
„ Petri de *Schandis* , re medica illustris ,
„ praeter lapides renum prodigiosos repen-
„ tos , etiam in recto intestino , a regione
„ colli vesicae , inventa est carnositas putris ,
„ quae sua putrilagine vesicam ita lacerave-
„ rat , ut intestinorum excrementa , *ante*
„ *obitum* , una cum urina redderet ad mi-
„ raculum usque , & forsan antea non vi-
„ sam (a) “ .

In *Transaetionibus Philosophicis* exem-
plum vermis sive *Ascaridis Lumbricoidis* nisi
polyposa potius materia fuerit , refertur a
Turnero , quem puer sexdecim mensium per
urethram excreverat (b) , cuique vix alius
ad vesicam aditus esse potuit , nisi , perfora-
to intestino sibi hunc ipsum in vesicam uri-
nalem paravisset . Uti recte quoque de aliis ,
tum ex *Valisnerio* atque *Alghisio* , tum ex
Boneto , desumptis exemplis monuit illustris

(a) Observat. Medicinal. Lib. III. p. 431.

(b) N. 391. p. 410.

Morgagnus (a). Alibi exemplum suppressae ab excrementis urinae habetur, quae, per viam, a previa intestini recti gangraena, natam, ad visicae cavum proruperant (b).

Puero, qui intra septendecim dies, urinam non reddiderat, perpetua interim aderat diarrhoea (c). Apud *Pechlinum*, in Ischuria vera, per alvum urina decessit, quae odore suo & tenacitate se proderet (d). Ill. *Hallerus* ex *Groenveltio* exemplum aegroti refert, cui, cum, duodecimo die suppressae urinae, iam gravis lethargus ingrueret, urina multa cum levamine per alvum egesta est (e). Apud feminas, eiusmodi perforationum, tum intestini recti tum vaginae, tum urethrae, exempla non adeo quidem rara sunt, quam apud viros. Vos ipsi, Commilitones optimi, hoc eodem anno, in Clinica nostra vidistis mulierem, cui, ob abscessum venereum, foeces copiosae per genitalia excretae fuerunt. Simili & *Dodonaeus* exemplum conser-

(a) De Sed. & caus. Morb. Ep. 42. n. 6.

(b) Medical and philosophical commentaries Vol. II. P. II. p. 192. 193.

(c) Philos. Transf. n. 337.

(d) Obs. XI. L. I.

(e) Element. Physiol. §. II. p. 370.

vavit mulieris, quae, postquam diutino tempore purulenta foeditaque manifestissima exulcerati uteri signa per pudenda excrevisset, postremo & alvi excrementa per eundem locum demisit (a). Atque alia huius naturae exempla conservavit *Schenkius*.

Videmus ergo, Auditores, quantum singulorum viscerum intersit, sanam inhabitare corporis viciniam! — Ast quot non sunt causae, quibus haec nocua redditur, sanissimisque alias partibus periculosa! Certe in primo, quem adduxi, aegroto, ex Haemorrhoidali intestini recti inflammatione neglecta, abscessus ortus fuit hanc partem cum ipsa vesica urinari perforans, ita ut & intestinales flatus, sat raro exemplo, urethrae vias multoties legissent; quod idem mihi Sacerdos ille, cuius historiam enarravi, sibi saepius contigisse, retulerat. In Musices Magistri relato exemplo, carcinoma erat, cuius ichor vesicam corroferat; & in praedicto infelici Sacerdote, ab usu adstringentium remediorum durante dysenteria perpeffa, inflammatio intestini recti nata est, unde eiusdem concretio cum poste-

B

(a) In annotat. ad c. 4. *Beniverii*.

rioni vesicae urinalis pariete , atque utriusque visceris abscessus insanabilis , producta fuerunt . Sic nunc foeces ex intestino recto in vesicam delabentes , atque cum lotio commixtae , per urethram excernebantur ; nunc eadem , vesicae ostium obturantes , urinam ad ipsum intestinum depluere cogebant ; nunc vero , ubi adeo in vesicae cavo foeces accumulabantur , ut & ipsa ureterum ostia , per quae lotium ex renibus in vesicam defertur , obstruerent , urinae in ureteribus stagnationem , collectionem praeternaturalem usque ad ipsam renis utriusque pelvim producebant : unde dilatati in formam intestini tenuis ureteres , urinam tamdiu continebant , donec , soluta denuo materia foecali in vesica haerente , haec eadem aut per urethram excerneretur , aut naturales vias tandem relegeret .

Neque mirum videbitur , lethalem tandem haemorrhagiam intestinalem in hoc misero aegroto fuisse excitatam : ut cuius vasa haemorrhoidalia continuo affluentis urinae balneo acerrimo , & praeternaturaliter dilatari successive debuerunt , & tandem dilacerari , atque in tabem purulentam corrodi .

Ast vero diutius , quam , ne patientia vestra abuterer , in his rebus versatus sum
PATRES *Sapientissimi* & AUDITORES Ho-

noratissimi! Ad vos igitur nunc me conver-
 to praestantissimi DOCTORES, utque sudore
 vestro comparatos honores tandem vestros
 esse sentiatís atque meis ex manibus publice
 concessos noscatis, Vos coram adpello. *Togam*
 hanc induite! — sed, cum illa, morum quo-
 que, sine qua Medicus nudissime in ipsa toga
 incederet, integritatem. — *Pileo* caput vestrum
 ornate & in salvandis mortalibus coronam
 tandem mereamini civicam! — *Epomide* hac
 cingite humeros & inter Medicinae Doctores
 cum eximiis eorundem privilegiis incedite!
 ne vero, tot *crucigerorum* more, honoris
 humanitatisque signum in humeris, furorem
 auriq; facram famem in sinu fovete! — En
librum! in hoc inventa hominum, & saecu-
 lorum experientias consulite; sed in magno
naturae libro veritatem legitote & per pro-
 prios, non alienos semper oculos obiecta tueri
 studete. — *Annulo* digitum circumdate, &
 hac ipsa manu pauperem succurrite, cives
 fervate, Reipublicae vos nuptos sentite! Ite
 amici, ite memores Academiae nostrae & di-
 gnitatis, quam in vos collocavit, memores-
 que mei, qui fraterno utrumque ex vobis
 animo amplector, faustaque omnia vobis ap-
 precor; Valet!

The first part of the report is devoted to a general
 description of the country, its position, extent,
 and the nature of the soil. It is situated in the
 north-western part of the island, and is bounded
 by the sea on the north and west, and by the
 mountains on the south and east. The soil is
 generally fertile, and is well adapted for the
 cultivation of the sugar cane. The climate is
 healthy, and is well adapted for the
 residence of Europeans. The population is
 increasing, and is well adapted for the
 cultivation of the sugar cane. The sugar
 cane is the principal article of commerce,
 and is exported to the West Indies and
 to the continent of America. The sugar
 cane is cultivated in the same manner as
 in the other parts of the island. The
 sugar cane is planted in rows, and is
 cultivated by the same method as in the
 other parts of the island. The sugar
 cane is cut by hand, and is then
 crushed in a mill. The juice is then
 pressed out, and is then boiled in a
 boiler. The sugar is then crystallized
 in a pan, and is then packed in
 barrels for export. The sugar is
 of a fine quality, and is well adapted
 for the use of the West Indies and
 the continent of America. The sugar
 cane is the principal article of commerce,
 and is exported to the West Indies and
 to the continent of America. The sugar
 cane is cultivated in the same manner as
 in the other parts of the island. The
 sugar cane is cut by hand, and is then
 crushed in a mill. The juice is then
 pressed out, and is then boiled in a
 boiler. The sugar is then crystallized
 in a pan, and is then packed in
 barrels for export. The sugar is
 of a fine quality, and is well adapted
 for the use of the West Indies and
 the continent of America.

*Vitae rationem hisce addendi occasio nascitur
Ornatissimis Viris Neodoctoribus , quos
ipso hic loquentes adducam .*

OTTO FRIDERICUS SIEMERLING.

Natus sum Neobrandeburgi in Ducatu Strelitzo Megapolitano anno huius saeculi 59. Patrem veneror Christianum *Siemerling* M. D. Principisque Serenissimae Strelitzo Megapolitanae Archiatrum , & Aulae Consiliarium , cuius vitam longam ac beatam summum Numen esse iubeat , matrem vero Catharinam *Boedecker* , quam mors praematura mihi vix infantiam egresso eripuit . Amantissimus Pater [cuius erga me benevolentiae forsitan saeculum nostrum vix exemplum habet] optime gnarus , quanta sit necessitas Studii litterarum humaniorum , tradidit me prima iam iuventute sub Auspiciis virorum optime meritorum *Dankerti* , *Bodini* & *Walteri* ; ad studium postea Medicinae progressum , me , ut practice addiscerem Materiam Medicam , Pharmaciam , Chimiam ac Botanicam , amico suo *Matthio Bracht* Pharmacopolae Rostochiensis , exper-

rissimo Chimico, quam maxime commendavit. Adii igitur Rostochiam anno aetatis meae decimo octavo, tamque arcta huic viro iunctus fui amicitia, ut difficillime potuerim post duos in eius domo peractos annos a carissimi amici sinu divelli. Adii tunc inclytam Goettingam, ibique studio Philosophiae, Medicinae ac Chirurgiae indefessus incubui, quibus in studiis sequentes veneror Praeceptores: *Ottonem Beckmannum* in Logicis, *Lichtenbergum* in Physicis, in Mathesi pura *Meisterum*, *Kaestnerum* in Mathesi applicata, *Schloetzerum* in Historia universali. Quod vero ad Medicinam spectat, non minus celebrium adivi Praeceptorum Praelectiones: Ill. *Murray* eximiae eruditionis viri [cuius singularis erga me benevolentia optatissimam semper in animo meo excitabit recordationem] de Materia Medica, de re Herbaria, de morbis Infantum, de Venenis, de Vermibus, ac Collegium examinatorio disputatorium; ill. *Baldingeri*, Therapiae generalis; Ill. *Richter* de utraque parte Therapiae specialis, de morbis Ossium & Oculorum, de Chirurgia tum Medica, tum Manuali, ac de Praeceptis Dieticis, illumque per annum ad lectos aegrotorum in Nosocomio academico sequutus sum. Clar. *Wrisbergii* Anatomiae, Physiologiae,

Artis Obstetriciae , Medicinae Legalis , ac
 Psychologiae Medicae ; eius quoque sub Auf-
 picis Cadavera secui , & in Nosocomio ob-
 stetricio per annum parturientibus auxilium
 praestiti ; Cel. *Gmelinii* Chemiae ac Minera-
 logiae ; Clar. *Blumenbachii* Zoologiae , Osteo-
 logiae , Historiae naturalis & Historiae Medici-
 nae litterariae ; Cel. *Strohmeyeri* Pathologiae .

Tribus hisce in Studiis peractis annis , &
 bene memor , quanta sit iuveni facilitas in
 verba Magistri iurare , si unum solummodo
 habuerit Praeceptorem , dilectam dereliqui
 Georgiam & in Societate amantissimi *Werne*
M. D. Vindobonam accessi , viam vero talem
 elegimus ut cupiditati nostrae Clar. *Frank*
 tunc temporis adhuc munere Archiatri Spi-
 rensis fungentem , cognoscendi satisfaceremus ;
 recepit nos , ignotos plane homines Clar. Vir
 tanta benevolentia , ac si quam maxime illi
 commendati fuiffemus ; ita ut maximum in
 me exortum sit desiderium illius instructionibus
 frui . Tandem *Vindobonam* perveniens , statim
 incoepi ill. *Stolle* omni mane , tam ad lectos
 72. aegrotorum Nosocomii SS. Trinitatis ,
 quam ad 12. illos in Clinica Schola , sequi ,
 nec minus sedulo adfui Praelectionibus eius
 Therapeuticis , tum Anatomicis Cl. *Leber* ,
 de morbis Oculorum Cel. *Bardt* . Semper

vero gratissimo animo recordor amicitiae Cl. *Iacquinii*, cui a *Murrayo* commendatus fui & illum in Botanices Praeceptorem habuisse quam maxime gaudeo. Illustr. quoque *Quarinius* peropportunam mihi adeundi ill. viros *Brambilla* & v. *Mertens* occasionem praebuit. Dimidio demum anno tali modo *Vindobonae* peracto, *Argentoratensium*, ob egregium institutum Obstetricium & Anatomicum, celeberrimam Universitatem petii, ibique hiemem maximo emolumento transegi. Praelectionibus illustr. *Roedereri* de arte Obstetricia sedulo interfui, & in Nosocomio Obstetricio multis parturientibus auxilium praestiti: ob numerum quoque parturientium occasio mihi fuit quamplurimis assistendi partibus difficilibus. Maxima quoque voluptate cursum Anatomiae Clar. *Lobsteinii* audiui, Cadavera secui, & illius manuductione omnes Chirurgicas operationes in Cadaveribus institui. In Physicis Experimentis porro Cl. *Ehrmannum* pro Praeceptore habui, denique omni mane Nosocomia tam civium, quam Militum adii. Mense vero Martii, una cum amicissimo *Hebenstreit*, Magni *Hebenstreit* dignissimo filio, qui nunc munere Professoris *Lipsiae* fungitur, Parisios Lutetiorum petii. Sedulo hic adfui visitationibus tam Medicis, quam Chirurgicis in No-

Socomiis ita dictis *Hôtel-Dieu*, & la *Charité*. Cursui Chirurgiae Ill. *Desault* & Prae-
 lectionibus publicis Cl. virorum *Ferrand* &
la Sue, ut & Chemiae Cel. *Furcroy* maxi-
 mo emolumento interfui. Mense quoque Maii
 in *Hôtel-Dieu* triginta tribus Lithotomiis,
 quorum quam plurima quotannis hoc in mense
 ibi instituuntur, adfui. Amici demum Cl.
 Profess. *Broussonet* opera plurimum huius urbis
 eruditorum mihi cognitionem praestitit. Post
 dimidium annum tandem ab immensa hac ur-
 be ad plurimas *Batavorum* Universitates pro-
 fectus sum, *Leidaeque* praesertim Cl. *Sandifort*
 & *van Royen* amicitiam nactus sum. *Amste-*
lodami per mensem integrum commorans;
 quam plurima testimonia benevolentiae prae-
 cipuorum huius urbis eruditorum accepi, in-
 ter quos praecipue mihi nominandus venit
 amantissimus *Burmannus* praxeos Professor &
 primus huius urbis Medicus. Demum ab *Eras-*
mi urbe profectus, post traiectum maris 16.
 horarum, dilectissimam Angliam [terram sine
 pari] attigi. Autumno vero iam nimis pro-
 fecto hoc in anno non ultra 14. dies *Lon-*
dini commoratus sum, moxque *Edinburghum*
 me contuli. Hic vero si quis meam de *Got-*
tingae & *Edinburghi* Universitatibus, totius
 Europae praecipuis [quibus nunc aemulam

Papiam fateor] sententiam peteret , haerere-
 rem sane in iudicando , quarum alterutra an-
 tecellat . In vanum studerem satisfactionem
 exprimendi quam ex Praelectionibus *Clar.*
Black , *Cullenique* hausi ita ut deperditio-
 nem unius praelectionis *Cl. Blackii* propter
 morbum gravissimum amicissimi *van Meurs*
Medici Batavi , per totam vitam dolebo .
 Idem quoque valet de Praelectionibus *Ill.*
Gregory & Home , illorumque instructionibus
 Clinicis ad lectos aegrotorum in Nosocomio
Edinburgensi , quod omnibus mihi notis pal-
 mam abripit . Clinicis vero sedulo quoque
 adfui visitationibus aegrotantium *Clar. Hope*
& Culleni in altera parte Nosocomii . *Clar.*
dum Duncan pro Praeceptore habui in
 Therapia speciali & in expositione casuum
 Medicorum [Collegii Casualis] illum quo-
 que ac egregium practicum admirandi occa-
 sio mihi fuit in Instituto quodam pro Pau-
 peribus sub nomine *Dispensary* . Decimo
 octavo Decembris anni 1784. Societatis *Re-*
giae Medicae a *Cl. Emmet M. D.* tunc tem-
 poris Praeside , praesentatus , unanimo suffra-
 gio Socius ab Eadem electus fui . Nunquam
 etiam immemor ero signorum verae amicitiae
Culleni & Blackii , quam & publice mihi
 testati sunt . Nec nimium foret , si hic inte-

grae *Scottorum* nationi gratias redderem, quae nempe reliquas omnes post se habet Nationes respectu humanitatis ac benevolentiae, qua exipit exteros. Ultimo mihi nominandus est amicus sincerissimus Clar. *Schwediaver* M. D. cui gratitudinem meam testificandi verba non habeo. Suis denique, hieme praeterlapsa, multorumque aliorum litteris munitus, *Londinum* petii; Iter vero sic institui ut cum anno praeterito orientalem Angliae, nunc occidentalem partem percurrerem. Londino reditus, maximo fuere mihi emolumento supra memoratae Epistolae. Respectu vero Praxeos praecipue colui Cl. G. *Fordyce*, *Foart*, *Simmons*, *Lettsom*, & *Osborn*. Quorum primus mihi distinctae amicitiae signa dedit, illum quoque ad lectos aegrotorum in Nosocomio St. Thomae sequutus sum, & Praelectionibus eius practicis sedulo interfui. Nec minor fuit erga me amicitia Cel. F. *Simmons*, qui me ad praxim suam privatam admisit, Postremis etiam ante discessum meum diebus Cl. *Petri Camperi*, qui ante paucos dies *Londinum* advenerat cognitionem & favorem mihi conciliavit. Ex ore porro Cl. *Osbornii* solidissima de arte Obstetricia [triginta annorum praxeos amplissimae resultatam] praecepta hausi, eique ob favorem singularem adstiti sub extractione in-

fantis , ubi Diameter transversalis pelvis vix pollicis cum tribus quartis magnitudinem habebat . In Nosocomio quoque obstetricio sub illius Auspiciis pluribus parturientibus auxilium praestiti . Magnopere quoque gaudeo quam plurimis operationibus Chirurgicis Ill. *Pott* , caeterorumque celeberrimorum Chirurgorum adfuisse & gratissima mihi semper erit recordatio benevolentiae Cl. Virorum *Cruikshankii* , *Lettsomi* , *Simfii* , ac *Birchii* . Demum *Londinum* , quod plus mihi satisfecerat ac quaque alia urbs , post sex ibi peractos Menses dereliqui & redux *Parisiis* , de novo per Mensem fere integrum ibi commoratus sum , tunc vero iter per *Lyon* , *Avignon* , *Nismes* , *Montpellier* , *Marseille* *Antibe* , *Genova* , instituens , *Papiam* petii . *Monspeli* cum pluribus doctis viris amicitiam contraxi , gratissimo vero animo singularis Cl. *Fouquetii* humanitatis ac benevolentiae recordor . Tandem vero die septima Ianuarii h. a. *Papiam* attigi ubi demum tam diu optata voluptate gavissus sum , Praecepta Practica consumatae experientiae viri celeberrimi *Frankii* hauriendi , maxima quoque voluptate percepi egregium eius iudicium practicum cum firma sed rara coniunctum determinatione . Gratias vero Illustr. Viro pro benevolentia & amicitia sua reddend-

di verba mihi defunt , semperque gloriabor , illum pro Promotore habuisse . Quarto nunc fere Mense hac in Alma peracto , ubi adhuc maximo adfui gaudio Praelectionibus Anatomicis ill. *Scarpa* Experimentis Physicis ill. *Volta* , uti & Chemicis amantissimi & ill. *Scopoli* , quorum egregiorum Virorum benevolentiae semper gratissimo recordabor animo nec unquam immemor ero singularis humanitatis ill. virorum *Reziae* , *Ramponi* , *Nessi* , & *Carminati* .

Instat nunc tempus , ut , post breve , per reliquas Italiae urbes , ad quod nunc me accingam iter , postque tot annorum absentiam , in brachia amantissimi & dilectissimi PATRIS redeam , atque pro tanta ab ipso mihi concessa educatione litteraria , aeternas , quas possum , gratias persolvam .

PAULUS DE BETTA

EX Brentonico, Tirolensis, in Iurisdictione Excellentissimi Comitis de *Castro Barcho Visconti*, degens, natus die 15. Ianuarii 1753. ex Nobili Domino I. U. D. *Iosepho Gabrieli de Betta*, & ex Nobili Domina *Valentina* filia qd. Nobilis I. U. D. *Alberti Balista* studiis se addixit, primaque erudimenta usque ad Logicam in propria patria hausit; deinde Veronam profectus, Logicam, Physicamque ex Reverendo Patre *Antonio Guerrerio* Ord. Sancti Dominici habuit; posteaque ad Caes. Leopold. Universitat. *Oenipontanam* se contulit, ibique per tres integros annos & mensem Medicinae operam navavit. Physiologiam, Materiam Medicam, Chimiã, & Clinicam Praxim a Professore *Ioan. Michaeli de Menghin* recepit: Pathologiam, & Praxim Medicam a Professore *Carolo Gerstnero*. Anatomiam a Professore *Francisco Gasparo Egloff de Stadthoff*. Hac absoluto curriculo, Veronam iterum rediit, ac per annum publicis artis Obstetriciae lectionibus, ab Domino Doctore *Andrea Avellino Gaspari* habitis, interfuit. Praxim per biennium partim in Publico Nosocomio Mili-

tum cum Doctore *Iosepho Maria Garbo Medico* huius loci Primario, partim in Nosocomio Sanctae Domus Pietatis fecit; ibique etiam in Chirurgia se se exercuit, docente *Petro Antonio Monterossi*, huius, & militum Nosocomii Primario Publ. Chirurgo. Tandem Regium Caesareum Archigymnasium Ticinense adiens, anno 1736., Mensis Aprilis die **XXIX.** Doctoratus Laurea condecoratus fuit.

The first of these is the *Alma Mater*.
 The second is the *Alma Mater*.
 The third is the *Alma Mater*.
 The fourth is the *Alma Mater*.
 The fifth is the *Alma Mater*.
 The sixth is the *Alma Mater*.
 The seventh is the *Alma Mater*.
 The eighth is the *Alma Mater*.
 The ninth is the *Alma Mater*.
 The tenth is the *Alma Mater*.
 The eleventh is the *Alma Mater*.
 The twelfth is the *Alma Mater*.
 The thirteenth is the *Alma Mater*.
 The fourteenth is the *Alma Mater*.
 The fifteenth is the *Alma Mater*.
 The sixteenth is the *Alma Mater*.
 The seventeenth is the *Alma Mater*.
 The eighteenth is the *Alma Mater*.
 The nineteenth is the *Alma Mater*.
 The twentieth is the *Alma Mater*.
 The twenty-first is the *Alma Mater*.
 The twenty-second is the *Alma Mater*.
 The twenty-third is the *Alma Mater*.
 The twenty-fourth is the *Alma Mater*.
 The twenty-fifth is the *Alma Mater*.
 The twenty-sixth is the *Alma Mater*.
 The twenty-seventh is the *Alma Mater*.
 The twenty-eighth is the *Alma Mater*.
 The twenty-ninth is the *Alma Mater*.
 The thirtieth is the *Alma Mater*.
 The thirty-first is the *Alma Mater*.
 The thirty-second is the *Alma Mater*.
 The thirty-third is the *Alma Mater*.
 The thirty-fourth is the *Alma Mater*.
 The thirty-fifth is the *Alma Mater*.
 The thirty-sixth is the *Alma Mater*.
 The thirty-seventh is the *Alma Mater*.
 The thirty-eighth is the *Alma Mater*.
 The thirty-ninth is the *Alma Mater*.
 The fortieth is the *Alma Mater*.
 The forty-first is the *Alma Mater*.
 The forty-second is the *Alma Mater*.
 The forty-third is the *Alma Mater*.
 The forty-fourth is the *Alma Mater*.
 The forty-fifth is the *Alma Mater*.
 The forty-sixth is the *Alma Mater*.
 The forty-seventh is the *Alma Mater*.
 The forty-eighth is the *Alma Mater*.
 The forty-ninth is the *Alma Mater*.
 The fiftieth is the *Alma Mater*.
 The fifty-first is the *Alma Mater*.
 The fifty-second is the *Alma Mater*.
 The fifty-third is the *Alma Mater*.
 The fifty-fourth is the *Alma Mater*.
 The fifty-fifth is the *Alma Mater*.
 The fifty-sixth is the *Alma Mater*.
 The fifty-seventh is the *Alma Mater*.
 The fifty-eighth is the *Alma Mater*.
 The fifty-ninth is the *Alma Mater*.
 The sixtieth is the *Alma Mater*.
 The sixty-first is the *Alma Mater*.
 The sixty-second is the *Alma Mater*.
 The sixty-third is the *Alma Mater*.
 The sixty-fourth is the *Alma Mater*.
 The sixty-fifth is the *Alma Mater*.
 The sixty-sixth is the *Alma Mater*.
 The sixty-seventh is the *Alma Mater*.
 The sixty-eighth is the *Alma Mater*.
 The sixty-ninth is the *Alma Mater*.
 The seventieth is the *Alma Mater*.
 The seventy-first is the *Alma Mater*.
 The seventy-second is the *Alma Mater*.
 The seventy-third is the *Alma Mater*.
 The seventy-fourth is the *Alma Mater*.
 The seventy-fifth is the *Alma Mater*.
 The seventy-sixth is the *Alma Mater*.
 The seventy-seventh is the *Alma Mater*.
 The seventy-eighth is the *Alma Mater*.
 The seventy-ninth is the *Alma Mater*.
 The eightieth is the *Alma Mater*.
 The eighty-first is the *Alma Mater*.
 The eighty-second is the *Alma Mater*.
 The eighty-third is the *Alma Mater*.
 The eighty-fourth is the *Alma Mater*.
 The eighty-fifth is the *Alma Mater*.
 The eighty-sixth is the *Alma Mater*.
 The eighty-seventh is the *Alma Mater*.
 The eighty-eighth is the *Alma Mater*.
 The eighty-ninth is the *Alma Mater*.
 The ninetieth is the *Alma Mater*.
 The ninety-first is the *Alma Mater*.
 The ninety-second is the *Alma Mater*.
 The ninety-third is the *Alma Mater*.
 The ninety-fourth is the *Alma Mater*.
 The ninety-fifth is the *Alma Mater*.
 The ninety-sixth is the *Alma Mater*.
 The ninety-seventh is the *Alma Mater*.
 The ninety-eighth is the *Alma Mater*.
 The ninety-ninth is the *Alma Mater*.
 The hundredth is the *Alma Mater*.